

Quod felix faustumque

Deuster Opt. ter-Max. esse jubeat!

SOLENNITAS

INAUGVRATIONIS  
TEMPLI

five

SACELLI,

Quod

ILLUSTRIS, SPECTABILIS & MAGNIFI-  
CUS DOMINUS

DN. SIGISMVNDVS  
TOEKOELY

L. B. de Kesmark

Hæreditarius Dominus Arciū Kesmark & Schav-  
nik, S. C. R. qve Mattis Consiliarius, ac Tab. Judiciaria Sup. Regni  
Hungariæ BARO, &c.

Dominus ac Patronus meus gratiosissimus.

In Castro suo Hæreditario Schavnik Tractu Comitatus Seepusienſis Superiore  
noviter, eleganter sumtuoseque extruxit, idemque SACROSANCTAE & IN-  
DIVIDUAE TRINITATI religioſe consecravit,

devotè instituta & decenter peracta,

DOM. XXIII. TRIN qvæ erat 24 Nov. A. O. R. CIOCCCLXIX.

In maxima & memorabili Virorum Ecclesiasticorum, Politicorum, & omnis Ordinis  
Hominum frequentia historice descripta, à

M. Daniele Kleſchio N. H. P. L. Cæsareo, Eccl. Olaffiensis Pastore,  
Ven. Consub. XXIV, Regalium Oratore ordinario, hæc. Seniore  
& præſentis Actus Inauguratore.

BARTPHÆ, Typis Civit. An. 1670.



PREFAMEN

AD

Praeillustrem, Spectabilem atque Magnificum

Dominum,

Dn. SIGISMUNDUM THOEKOELY

L. B. de Kesmark, Haereditarium Dn. Arcium Kesmark & Schavnik, S. C. R. qve Martis Consiliarium & Tab. Judiciarum Sup. Regni Hungariae Baronem. &c. Dominum ac Patronum meum gratiosissimum.

ILLUSTRIS BARO, DOMINEGRATIO

SISSIME,

Si Isto hic Templi dedicati, & totius Actus Inauguralis Historiam atque Apologiam, Operis ipsius & Fundatoris Eucomium paucis adieci. Reliqua non licuit. Majores Tuae Magnificentiae, si quis nosse velit, Annales consular. Dominum Sebastianum Takalium Avum Jaurini Expugnatio fecit Illustrem, cum idem, Duce Schwarzenburgico, Palsianis cohortibus praecedentibus, Turmas reliquas disponens, dextrum caperet Propugnaculum, & sic Armis atque Laude Militiae, inclaresceret. Spectabilis quondam Dn. Parentis Dn. Stephani Takalij L. B. de Kesmark Virtutes, hominum suggerit memoria, & cum eandem exiguus non capere poterit Orbis Saepeusiacus, in vastissimas Galliae, Angliae & Belgiae oras, nec non celeberrimas Imperij Romani Academias, Argentinensem nim. Tubingensem & Heidelbergensem se diffuderunt. Magnum sane Patriae Civem se pra-

se praestitit uterque; hic peregrinando, ille militando. His admittentibus extensis Patria & defenditur & ornatur. Tuae, BARO ILLUSTRIS, Pietas internum Regni Subsidium est; Castra munus precibus & Temporum Structuris, cultus divini ornamentis, Religione, Devotione.

Semper Honor, Nomenq. Tuam Laudesq. manebunt.

Nam Vanitas Vanitatum & omnia Vanitas; praeter amare Deum, & illi Solum confidere! Hoc unum est necessarium. Ita, Christo distante, censeo, & Scripturunculam hanc contra omnes lividos Zolitorum morsus, TUAE MAGNIFICENTIAE Patrocinio commendat.

ILLUSTRUM TUARUM VIRTUTUM

SPECTABILIS & HEROICAE PIETATIS

Dab. Olasio

Museo

Cultor & Admirator devotissimus

die XVII, Decembr.

M. Daniel Klefob, N.H.P.L. Cef.

Anno decrepito 1669.

Esch. Olas. Plebanus.

A 3

I. N. J.

I. N. J.

## ACTUS PRÆPARATORIA.

Ad hanc Solennitatem Dedicatorem,  
Prædictus & nunquam sine honore mihi nomi-

mandus  
ILLUSTRIS & SPECTABILIS HEROS  
ac Dominus.

DN. SIGISMUNDUS THOEKOELY, L. B.  
De Kesmark &c. Dominus ac Patronus noster  
graciosus.

Pastores ex hoc Tractu Scopusiensi Duodecim numero, omni-  
ne planè fausto ac Sacro, & inter hos I R & S SENIORES, Regalis,  
Montanæ & Terræ Fraterritacum gratiosè invitavit, scriptis & ma-  
nu propriâ subscriptis ad omnes & singulos Lueris, quarum Paria-  
ad inè directâ, sic sonant :

*Admodum Reverende & Clarissime Domine Senior mihi  
observandissime.*

**F**INIS Creationis & Vita mea Scopus cum sit unicus, D E I  
Gloria; eum ab ineunte Juventute mea cordi infixum habeo. Quæ-  
non tantum interno verum etiam externo opere promovere volens, Edes  
Sacras hic in Castro meo Chabnik edificari curavi. His cum nihil amplius  
restet, quàm ut Veneranda Sacro Sanctæ Trinitati dedicentur & commen-  
dentur, Vr. Clariss. Dominus. amice rogo, quatenus die 23. presen. Men-  
Novembr. huc in Castrum meum Chabnik comparere, comparando mutua  
vota consilia, suffragia & preces pro faciendis prædictis adibus fundere, se-  
quentiq; die presentia suâ eandem Solennitatem exornare & Dedicatorem  
adornare non dedignetur. Quam officiositatem in me præstandam servitiis  
meis regratificari omnimodè annitar. In reliquo eandem pl. R. & Clar.  
Dominationem Vestr. diu feliciter valere desidero. Dat. in Castro Chev-  
nik d. 14. Nov. Anno 1669. Adm. Rev. & Clariss. Dom. Vestræ,  
servire paratiss. Sigismundus Thököly Mp. Inscr-

Inscriptio Literarum.

*Admod. Reverendo & Clarissimo Viro, Domino M. Daniels  
Kleschio, Ven. Contub. XXIV. Regalium Seniori, & Eccl. Olasice.  
Pastori Primario &c. mihi observandiss.*

Sequuntur meæ ad has Invitatorias  
Responsorie exempt.

*Præillustri, Spectabili & Magnifice Domine,  
Domine ac Patrone mihi gratiosissime.*

*Salutis omnigenæ & cælestis Benedictionis voto præmissio; præ-  
cum mearum devotissimarum, & servitorum humillimorū  
paratissimam commendationem animo submississimo desero,*

ILLUSTRIS BARO, DOMINE MAGNIFICE,

**V**Ti ex intimis animi mei optatis accidisse exi-  
stimo, & propterea me felicem deprædico, acceptis hodie  
Illustr. Vestræ Magnific. literis, usque tam gratiosis & ad Actum  
Sacrum atque Solennem Invitatoris; ita vel maxime pudore sus-  
fundor, quod pietatis officio & munerè in Noticiam devotendi  
Studio atque Desiderio, à Spectabili Vr. Magnificencia superatus  
prævenitque fuerim. Quoties enim hætenus pl. R. Dominum  
J. Fontanum Eccl. Evangelicæ in Oppido Crompach, Ditionis  
ac Possessionis Terræ Illustr. Magnificencie, Pastorem & n. r. Frater-  
nitatis Vallæ Montanæ Seniore, Commisionem olim meam  
& Amicum veteranum, nunc Vicinum ac Fratrem in Christo con-  
fidentissimum, sollicitavi enixe, ut se mihi ad jungeret itineris Co-  
micem, mecumq; Illustr. Vestræ Magnificenc. inviseret; & sic mihi  
aditum ad Bandem Vestram Spectabilitatem faceret; verum con-  
tinuè ab utraque parte incederunt præpedimenta, ut Desiderio hu-  
mo meo satisfieri haut potuerit. Gratulor verò mihi ex animo &

A ;

impens-

Impense quidem, quod conceptam meam, tamque iam prolixam, Et  
 speculationem explendi tam sacra, tam laeta, tam felix, tamque devo-  
 ta sese offerat occasio. Jam spero, **MAGNIFICE DOMINE**, mi-  
 Bonò cum **DEO ILLUSTREM TUAM**, tamque diu à me desideratam  
 spectaturum Faciem, **GRATIOSO TUO** fructurum alloquio, & **SPE-  
 CTABILEM MAGNIFICENTIAE TUAE** contuiturum Vultum.  
 Quidpe hæc omnia felici geruntur omine; Dùm enim **TUXE**, **IL-  
 LUSTRIS BARO**, mihi adierentur **LITERÆ**, incideram plane, ita di-  
 rigente divinæ Providentiæ Nutu, quæ omnes nostras Actiones  
 ac primum **SACRAS**, dirigii sapienter atque moderatur, sollicitus de no-  
 va Methodo Concionandi circa terminum veteris Anni Ecclesiasticæ,  
 subsæcivo Læctionis meæ Studio in Locum illum solemem Act. VII.  
 p. 47. 48. & seq. sic Ionantem: David invenit Gratiam apud  
**DEUM** & petiit, ut conderet Tabernaculum **DEO JACOB**. Silo-  
 mon autem ædificavit illi Domum, Sed non habitat excelsus in  
 Templis manufactis, sicut per Prophetam dicitur: Cælum mihi Sedes  
 est, Terra autem Scabellum pedum meorum. Quam Domum ædifi-  
 ficabit mihi, dicit **DOMINUS**? Aut quis Locus requiescentis mee  
 est? Nonne manus mea fecit hæc omnia? Conf. Esa. LXVI. l. 12  
 Deut. IX. 13. Item in **istis ACT. APOST. cap. XVII. 24.**

Erant verò ad manus præter Xantis Pagnini & Bened. Ariæ-  
 montani **BIBLIA Osiandri Latina**, Lego in istis Marginalia; Non  
 opus habet Dominus certâ aliquâ habitatione, sicut homines. Neque  
 ita Templis affixus vel addictus est, ut cum hominibus impiis, impo-  
 nitentibus & idololatris habitare cogatur. Hucusque Osiander.

Lorum me communem & argumentum apertissimum inven-  
 nisse rebar, interviturum meis meditationibus sacris, & instantis No-  
 vi Anni Ecclesiastici Methodo perpetuæ, sermonibusque publicis  
 per totum Anni Cursum convenienti.

Inciderunt **B. LUTHERI** nostri verba quæ scripsisse ore-  
 trivisse dicebatur Vir entheus atque Zelosissimus, in hanc sermè leni-  
 tentiam; Paucissima olim in Primitiva Ecclesia, Primi Seculi  
 erant Christianorum **ORATORIA**, sed plurimi, sique devotissimæ  
 Precatores; Posteriora dein, eaque borentiora Secula cum nostro mo-  
 derato

*Ha Paulus  
 Diaconus  
 & Tertul-  
 lianus  
 quos se-  
 spirant in  
 Apoc. Com-  
 ment. cap.  
 80.*

no plurima habuere **ORATORIA**; sed paucissimos, proh Do-  
 r! Precatores.

Occurrerat simul Fervor Excellentissimi Theologi Acad.  
 Aostochienfis Prof. P. & Superint. Dn. **D. HENR. MÜLLERI**,  
 quem exprimit Catenâ Apostolicâ pag. m. 858, in Læctionibus ejus-  
 dem horarum subæcivarum sub finem &c.

Ita profectò est: Deserui serè hoc Seculo omnis Religio-  
 Ardor, Pietas, Devotio, Charitas, Fides, prædicente Christo, Marth.  
 XXIV. 12. & Paulo II. Tim. III. 5.

Ista dùm mediabatur, **DOMINE MAGNIFICE**, exhiben-  
 tur mihi **LITERÆ TUÆ** Gratioussimæ. Lego, relego easdem exoleu-  
 torque lætor in **DOMINO** exulto & exclamo: Revisit! Revisit,  
 inquam, **Pietas!** Respirat Ardor & Devotio in **ILLUSTRI BARONE**  
 nostro, **SIGISMUNDO TOEKELIO**, qui juxta Nominis Omè Ger-  
 manum genuinumque, Vicin Mundum Fide 1. Jo. V. p. 4. Qui lætatur  
 in his, quæ dicta sunt ipsi cum Davide Psal. CXXII. 1, tanquam  
 verus, Evangelicus & Religiosus **ABBAS**. Qui me miserum mi-  
 nimumque **DEI** Servum Lætitia suæ participem reddis, & ad **SO-  
 LENNIA INAVGRATIONIS** Domus Domini à se munificentissi-  
 mè in **CASTRO CHAYNIK** extructæ iam gratiosè invitat. Ador-  
**ILLUSTRIS BARO**, anticipato Dedicationis Die, Imperata **IN-  
 AVGRALIA**, **DEO** Propitio facturus ad **Desiderium & Nutum**  
**SPECTABILIS MAGNIFICENTIAE TUÆ**, quam unâ cum  
**Conjuge ILLUSTRIS**, & universa **MAGNIFICA PROSAPIA**, Au-  
 laque Spectabili, Sanctissimæ Nominis Divini Providentiæ devo-  
 tissimè commendo persitque

*Illustris & Spectabilis Tuæ Magnificentia*  
*Servum in Domino*

*Cultorque devotissimus, et apud DEUM*  
*Intercessor obligatissimus*

*M. Daniel Kiehl Iglovien.*  
*P. Laur. Ces. Eccl. Olasien.*  
*Pastor, Pæs, Contrib. 24. Reg.*  
*Orator Ord. & Senior.*

**DVX MICHAEL** Regis Signa gerit!

Olassid præpropere  
 d. XV. Nov.  
**LEOPOLDO** Sacra  
 Anno, quo

Litterarum Titulus & Inscriptio.

Præillustri, Spectabili & Magnifico Domino

DOMINO SIGISMUNDO TOEKOELI, L. B.  
de Kesmark, Ejusdemque ac Castr. Charnik Domino  
Hereditario, Sacrae Caf. R. q. Maj. Tabule Judicia-  
riae BARONI &c. Domino meo gratioso.

Accinximus itaque Nos, Ego & pl. Rever. Dominus  
JOH. FONTANVS Past. Crompt. & Sen. icineri. & cur requi-  
siti eramus pro Consilio, die XXIII. Novembris in Castrum CHAV-  
NIK. tempestive appellimus. Admissi & per Aulicos honorifice ad-  
vocati, præmissis humillimis nostris Salutationibus à Domino MA-  
GNIFICO gratiosè accepti, de ACTVS DEDICATORII DISPO-  
SITIONE ulro ciroque communicatis Sententiis maturè ac sobriè  
deliberavimus, ubi recensitis à me inaugurati olim TEMPLI RV-  
STENSIS ad LACVM FERTÒ propè SEMPRONIVM. pijs ac de-  
votis Ceremoniis, & intentione Dom. MAGNIFICI percepta, in-  
eum tandem modum atque ordinem consensum est, ut devitata omni-  
Superstitione gesticulari, & seculari Pompâ longum absesse iussa, o-  
mnia decenter, ordine, piè ac devotè, verbo: *nam vā ēiv nāi cōvno-  
mōvōs*, ex præscripto Pauli 1. Cor. XLV. 40, instituerentur,  
movi itaque manum operi & Schema delineatum ILLUSTRIL-  
MINO BARONI exhibui, in qua Dispositione etiam Sua Spec  
MAGNIFICENTIA acquievit, & juxta eam postero die omni-  
ornata fuerit.

Hactenus Preparatoria

Jam sequitur Actus ipse INAUGURALIS.

Die itaque 24. Novembris, quæ erat DOMINICA  
XXIII, & ultima TRIN. postquam omnes & singuli utrius-  
que Status, Ecclesiastici videlicet & Politici, VIRI Summates è vi-  
cinita invitati confluxissent, horâ VIII, matutinâ in Palatio Interio-  
ris Castr. conventum est, in quo antihac Concionis institutæ fue-  
rant. Ex hoc mutuis votis, gratulationibus & VALE breviter dicto  
progressi sumus hoc ORDINE:

1. Præbant Tubicines Sex Clangore dulcisono per gra-  
dus.
2. Hos inssequuntur Musici Vocales Duodecim, cum Fi-  
dicinibus svari Harmoniâ,
3. Istorum vestigia nos pressimus, DVODECIM VIRI  
ECCLĒSIASTICI, Albis induti, Trini & Trini una incedentes; ita  
ut TRES CONCIONATVRI primum tenerent Locum in Ordine.  
Ego cum duobus REGALIBVS. Fratre nîm, CHTISTOPH. KLE-  
S. HIO dextrum. & M. ANDR. GÛNTH. sinistrum latus occupa-  
vibus, ornatu super Albam splendidiori ex viridi Holoferio, Au-  
ro intertextò indutus, Secundum TR. GAM constitui, & sic conse-  
quenter Duæ adhuc TRIGAE Pastorum Evangelicorum in Ditione  
ac POSSESSIONIBVS DOMINI MAGNIFICI officijs sacri Mini-  
sterii fungentium.

4. Cellante præumper Clangore Tubicinum, descendendo  
per gradus interioris Castr. inchoavi Hymnum DE S. S. TRINITA-  
TATE, in Scholis nestris usitatum nobilissimumque, quem unâ me-  
cum omnes VIRI XII. REVERENDI, clarissimâ voce decanta-  
bant. Hymnus verò peculiarari sua MELODIA sic sonat:

1.	2.
Sit Laus, Honor & GLORIA.	Honor quæque sit ejus FILIO,
DEO PATRI, qui sitiguar.	JESU CHRISTO nestro Domi-
Sua creavit Gratia;	no,
Foveat, regi quæ condita.	Qui morte acerbissimâ
	Nos vexit ad cœlestia.
	B

3. Honor quoque vestro Sancto PNEV- MATI Nostro Sanctificatori, Qui nos ad verum dirigat: Sensus nostros aperiat,  
 4. O veneranda Sancta TRINITAS O adoranda Sancta UNITAS Exaudi preces supplices. Et fac nos coeli compotes,  
 5. Nos Duodecim Viros Ecclesiasticos interfectus est Aulæ Praefectus, Generosus Dn. GEORGIVS SZ, Miklosfy de Primoz, et. in hoc Processu officium MARESCHALLI gerens, ac pro more & Auctoritate Dominum suum praecedens.

In Translatione Arca Federici Rex David saluatio de- munitabat p- des. II. Sam. VI. 16. I. Paral. XVI. 29. Noster BARO ca- pui, gressu decente ac gra- uis obser- uato.

6. Successit Illustris & MAGNIFICVS Dn. Dn. SIGIS- MYNDVS TOEROELY solus, & capite quidem aperto,  
 7. Dehinc Gen. Dn. IVDIX Nobilissimus ejusdem Processus, Dn. CASPAR KOESZEGY, & cum eo Spectatissimus Dn. JOH. OLO- MUZERVS, XIII. Oppid. COMES. Hos comitabantur alii ex vicinia Nobiles, Viri Egregij Decem Lancatorum. Deiq. Antici Officia- les, Viriiores cum Nobilibus Seruatoribus.  
 8. Mox praecedentibus duobus Aulæ Magistris, Gen. Dn. Casparo Györley & Ladislaw Czepczyni, Illustris Domicella, FILIA BARONIS unica, SOPHIA TOEKOELIA cum Praeillustri Domina Matre, Dn. SALOMEA POGRANY &c. uniuersoque Nobilissi- mo Gynæceō.

9. In Exteriori Castro ad Portam operiebantur nos Subditū Suae Magnificentiae denso agmine utriusq. Sexus, ut & è vicinis locis quā plurimi, nostrae & aduersae Religionis homines.

10. Interim nos lento gradu progressi Hymnum cantando, singulis interfonante Strophis Tubarum Clangore ad Templum noviter extructum peritimus, illudque decenter ingressi, corā Altari in inferiori Sanctuarii gradu, in genua reverenter procidimus omnes & singuli, cum Musicis in Choro adstantibus, voce Choralī, Veni Sancte Spiritus &c. cecinimus, quō finito inonavi altā voce:

11. Domine labia mea aperies. CHORUS: Et os meum &c.

12. DEUS in adiutorium meum intende: CHORUS: Domine ad adjuvandum me festina &c.

13. Mox

13. Mox CHORUS MUSICUS ad Organum figuravit: KYRIE, CHRISTE, KYRIE ELEESON, suavissimo concertarum concen- tu: quō finito, Ego reliquis ad utrumque latus Altaris adstantibus in- cecini: GLORIA IN EXCELSIS DEO: Continuavit Chorus figurando: Et in Terra Pax &c.

14. Collectam accinuit: Loci ordinarius Schavnikensis,  
 15. Epistolam Bethlehemsalvensis &

16. Evangelium Cubachienis decantarunt devotē, ultimis simū Inchoavit CREDO. &c.

Hoc toto officio, vernaculo Loci idiomate Religiosē & non su- perstitiosē peractō,

17. Primus Concionator Pl. Rev. Dn. JOH. FONTANVS, Past. Crompt. & Mont. Frat. Senior, concessit Suggestum novum & ex Textu Ioh. XVII. 14. Sancte PATER, conserva eos in No- mine Tuo: Templum hoc noviter extructum, DEO PATRI SANCTO, Primae Divinitatis Personae consecravī: Non Patrib; sed PATRI, non SANCTO, sed SANCTO; Eia. V. I. Concione finitā, concerta suavissima decantata est.

18. Secundus Concionator pl. R. Dn. MARTINVS MACH- NER S. Andraschiensis Senior consecravī Cabedam & ex dictō EXOD. XVII. 17. & Templum & Altare consecravī DEO FILIO: Hāc finitā concertatum fuit concenū Musico: VNI SANCTE SPIRITUS, &c.

19. Tertius Concionator, Conf. Krawianensis, etiam ex Ditione Illustris Domini, doctissimam de SPIRITU SANCTO habuit Concionem, ejusdemque Nummi Propitio SACELLVM hoc consecravī devotissimē. Ubi hoc probē notandum; Conciones istas tres Slavico Idiomate fuisse habitas; quāvis enim nonnulli Autores & Svafores essent, ut prima Concio Germanicē; Secunda Hungari- cē & Tertia Slavice insisteretur. Regressi tamē Dn. MAGNIFICVS; Germanicam Lingvam, exceptis quibusdam Pastoribus & Dn. Mag- nifica, atque Domicella, à paucissimis intelligi; Hungaricam à se- solo, Aulicis & Nobilibus; Slavicam verō ab omnibus Subditis percipi; quorum tūc potissimum haberi debere rationem, ut in Fide

Dispositio  
 Patrum  
 I. PATER  
 II  
 2. SANCTO  
 III  
 3. POTES-  
 TATI

ædificentur, confirmentur, & Actus hujus memoria tenacissima ipsæ relinquantur, eam præter Selavicum nullum aliud calleant Idioma, sed & plurimæ e vicinia Nobiles adierant Matronæ, quæ aliarum excepta hæc delavica sive Vandalicâ, Linguarum prorsus sunt ignaræ.

20. Finiis his tribus Concionibus, Chorus Musicus, TEDEUM LAUDAMUS. & cum Tubis & Tympanis, plebis buccis & buccinis decantavit. Sub hoc solenni Concertu Musico, ILLUSTRIS noster BARO, Dn. SIGISMUNDVS TOEROELLVS, unâ cum MAGNIFICA Dn. Conthoraii & Filia DOMICELLA unice dilectâ, roioque & Gynæceo & Sarelcio Aulico Nobilissimo ad Offeritorium ALTARIS accesserant. Secuti sunt Nobiles VIRI & MATRONÆ; dehinc Subditis magno numero & affectu pro Rei memoria. Offeritorium hoc mutuis nostris suffragiis cessit Tribus Concionatoribus.

21. Collectam ultimam coram Altari decantavit Rev. Dn. MATTHIAS RIBOSSIVS, Pastor Eccl. Slowienken, ex Ditione Dn. MAGNIFICI, addita Benedictione solenni in nomine Sacrosanctæ TRINITATIS.

22. Et sic: ITE MISSA EST!

Id est: Sensu Orthodoxo, veteris Eccl. Latinæ: ITE, COMMUNITAS DIMISSA EST.

Sacris ita devotè & religiose peractis, cum in Palatio Majori exterioris Castri, elegantissimis Picturis Urbium IMP. ROMANI figuris item & Tapetibus preciosissimis atque preciosissimis exornato, convensilemus ante Prandium, Ego nomine Templi, huic Palatio contiguâ, factâ Prosopopœia, Echone ejusdem qs. repercussa & in Auribus nostris quodam modo resonante, DOMINO MAGNIFICO gratias egi Latina Oratione brevî, quod ÆDES has SACRAS, non Mortalibus aut demortuis; sed DEO TRINUM Immortali dedicaverit Quodque ILLUSTRIS Sua DOMINATIO ad hunc Actum Sacri & Inauguralis perficiendum, non usa fuerit aliquo Suffraganeo Titulari; sed cum ipse sit MAGNAS verè Evangelicus, Religiosus ac Realis, meam Tenuitatem ad officium hoc Dedicatiosis, cum reliquis Venerandis Dominis SENIORIBVS & CONSENTIORIBVS, Parastatis hujus Actus Inauguralis, fidelissimis adhibuerit. Adducit certis

Als certis atque immoitis fundamentis, quod REGALIS hæc nostra FRATERNITAS cæteris paribus in hoc Sceptulo, quin & cum aliis Evangelicis Consistoriis, tam ex communi Regni Libertate, tum vel maximè peculiari Privilegio & vigore expressi Diplomatis Regii & Palatinalis Jus habeat & Potestatem eligendi \* SUPERINTENDENTES, Consistorialia tractandi, Causas Matrimonialis decidendi, Ordines instituendi & omnia Jura Episcopalia exercendi. Additi Antiquitatis Testimoniis & Praxi Ecclesiæ Primivæ, in qua Præsbyteris cum Episcopis pari in his talibus gaudebant Immunitate, Liquev id etiam Iure divino, Apostolus Petrus (1) vocat sui temporis Præsbyteros & semetipsum nuncupat Sympresbyterum. Theophylactus (2) Præsbyteros & Coepiscopos appellavit: cum disseit prolixè: Præsbyteri omnino etiam Episcopi dicuntur & sunt; utpote, qui & ipsi Populum inspeçant, aliusque gererent curam, ut confirmarent illustrentque eos, quos illi necesse. Sanè & Ius Canonicum, (3) non solum Episcopis, sed & Præsbyteris concedi concessandi, confirmandi & ordinandi potestatem habet: quoniam am ABBATI manuum impositione conceditur, dum constat, illum esse PRESBYTERUM, sed & CLEMENTINA (4) Præsbyteros cetera Apostolos revereri jubent, tanquam in pari cum Apostolis dignatione constitutos. Plura in hanc Rem dicturo, Dapiferi in Palatio oberrantes, & discursitantes, quidam nutu, quidam Sreptu Silentium imponere visi sunt. Finiis itaque devotè & quidem Illustris Familiarum adfectu, & sincerâ divinæ Benedictionis appreciatione.

Respondit plur. Reverend. Dn. J. Fontanus nomine MAGNIFICI DOMINI, satis disertè, plæraque membra mea prompè respondendo. & ad Prandium instanter atque decenter nos invitando.

Confedimus itaque in Timore Domini, præmissis precibus antemensem devotè, & cibum capientes jucundissimis nos colloquiis recreavimus. Præterea & Tabula oblonga, juxta Palatii Longitudinem sumtuose ac Magnificè dapibus erat instructa: Pocula generosissimo vino impleta, quæ propinans DOMINO MAGNIFICI pro Incolumitate Augustissimi Imp. nostri LEOPOLDI I. Dein Serenissimæ Imperatricis MARGARITÆ. Postmodum pro

Anni 1648  
Ar. XV.  
circa finem  
sebrant  
hoc Sceptulo  
& Sceptulo  
Prælegit  
hoc Eligendi  
Superintendentes  
speciale & expressum  
elementissimè  
concessum  
esse Fraternitatis  
in Sceptulo  
rigitur us  
Usano!  
(1) I. Pet. V.  
ÿ. 1, 2.  
(2) Theophyl.  
Comment.  
in Cap. 1.  
Epist. ad  
Philippen.  
(3) In Cæ.  
Distinct.  
69. Cap.  
Qgon.  
Vid. CLEM.  
MENT.  
ÿ. Confir. S.  
Apst. Epist.  
S. Ignas. ad  
Thallian. p.  
m. 42. H.  
Edit. Colon.  
1569.

*Paulatim Rex Pol. Stoph. Balthorem deo. Des. Missi iria ufero. Adhuc ex nibis ere. are. Futura tradere. & Domini vari. cōf. anis. Semper ali. gva impu. deni Mich. experit. gva Debi. deti. & sa. les Albu. de. & qvot. de. rides. i. Sam. VI. 16. It. m. 1. pas. vel. XV. 29.*

Daumviris Locum tenentis PALATINALIS, Reverendiss. Dn. ARCHIEPISCOPO & Excellentiss. Dn. JUDICE CURIAE, & sic consequenter; addidit semper hęc voti clausula: Ut sub umbona & Patrocinio Clementissimi nostri Regis LEOPOLDI I. liceat nobis Evangelicis, fidelibus Suae MAJESTATIS Subditis, Vigore Anticulorum Regni, Libertate Conscientiæ & Religionis, frui. Precibus finitæ Prædicationis, & gratiis actis, munificæ MAGNIFICI DOMINI manu missi sumas. **VIVAT. Illustris & Spectabilis BARO, Dn. Dn. SIGISM. TOEKOELI. VIVAT! TANIBEM! DE TOTO HOC ACTU!**

Hęc est illa succineta Inaugurationis Historia, quam delineavi breviter, vel saltem hoc sine, ut Religionis nostræ veræ atque salvificæ Osoribus sanctæ & Ordinem etiam apud nos decemem ac verbo DEI conformem sanctæ atque religiose observari, nec omnia ( : ceu quidam calumniantur : ut exosam eam, aut saltem apud imperitos inspectam reddant : ) consule inter nos agi atque tum altuari. Scio habituros & hic quosdam, quod fugillent, quasi non factis pompose i. e. histrionice ac thauricæ Actum hunc præsentaverimus.

Sciam verò vicissim, boni illi viri, sive Adversarii sint, sive fidei domestici, neminem nobis hic præscripturam, aut fixuram Regulam in Ceremoniis Ecclesiasticis, adia phoris seu indifferentibus & in Libertate Christiana positis. Sufficit, si post DEUM Ter. Opt. Ter. Max. in cuius honorem Sacra hæc Solemnia suscepta sunt, Illustri nostro BARONI, Patrono gratiosiss. placeant, etiam si Vobis omnibus duplicent. Quid si Dominus MAGNIFICUS ipse pro Religiosa sua Pietate: Templum hoc a se exstructum simul consecrasset ex tempore ( : SALOMONIS Regum Sapientissimi, (B:) JOSIAE piensiss. & devotissimi, Itē ( : NEHEMIAE Zelosissimi, & cqvus ipsi dicant jure scribere potuissent? Cum non tantum in suæ Conditionis Optimates, verum etiam nostri Ordinis Antistites Pietate ac Devotione antecellat. Ad hęc Prælati Ad hęc Presbyteri, & in nostro devotissimo BARONE TOEKOELIO, Probitatem, Mansuetudinem, Humilitatem Modestiam, Gravitatem, Morum & Animi Equitatem, vel stupescite, & dicitur. Quas Virtutes Episcopo dignas, non tantum ( : d. ) Apostolus Paulus

Paulus summo prece commendat; ( : e. ) CLEMENTINA sui observantiores strictissime obligant.

Ad hęc MAGNATES! Ad hęc NOBILES, eujuscunque Religionis, & ab Inscyto Nostro HEROEDN. SIGISMUNDO TOEKOELIO discite REVERENTIAM erga DEI MINISTROS, CLEMENTIAM erga Subditos, a quibus ultra convictas quas vocant, Datas, ne obulium quidem exigat, multo minis more Ægyptiacæ Tyrannorum Pharaonicorum, laeres ipsi duplicat: Admiramini in ipso & imitamini Misericordiam erga Pauperes, Munificentiam erga Literatos, & LENITATEM atque MODERAMENTUM erga Familiarium Austicum, Officiales atque Servitores, quos nunquam durior aliquo verbo, nedum convicto lædit aut læsist. Generosus Dominus præfectus Aulae, ut & cæteri Officiales, qui cum Sua Magnificentia ultra triginta plus minus Annos jam conversantur, bonæ nobis adfirmant fide & conscientiose adseverant, quod in hoc suo Domino MAGNIFICO vix unquam vehementem & irascendum observarint assestam; nedum injuriosam excretionem ex ore ipsius audierint: Cùm hodie plenis buccis & Nobiles & Ignobiles Hungaros audias plusquam Diabolicè & plerumque impunè blasphemantes: Bette utalatos, hietelen, tekelelen, adkozou, LELEK K. F. d. rdõg adt. ðrd. Lelle. ðrd. terem. O JESU PIE, deprecor hos celeri manu, innocuè tamen mente serpros, at abruptos Characteres! Vereor, si continuassem, ne me Terra dehiseret:

Stat coma, mens horret, frigusq; perambulat artus.

Quorsum hæc? Dicens aliqui Scitoli: Fortè ut Gentem nostram Hungaricam prostitueret: Abist! Quin potius, ut eos, qui boni sunt, in Bono confirmem: qui verò mali sunt, DEO adjuvante, emendem: Sumus enim Vigiles à DEO constituti, Ezech. III. Et qui inder Hungaros veri & probi sunt Christiani, tantum abest, ut mihi ob sed succentent, ut potius persuasissimum mihi omnino habeam me gratiam illorum a que favorem certè demeriturum. Ad hunc Ferorem non imprudentem sed maxime necessarium, me extrinsecat Exemplum & Zelus ARDENTII, qui super Evangelium F. I. R. I. N. nomen & omen NICODEMI explicans, ita fatur: NICODEMUS

( : e. )  
Constiti  
Apost. Lib.  
II. Cap.  
XXII. g.  
m. 27.  
L. v. C. Edit.  
Colo. 1. 1569  
Dicitur  
BARO nos  
ster  
Nec cur  
tus dicitur  
tibus dicitur  
w. d. u. 1.  
Tim. V. 17  
Nō affectat  
Demostri  
aut Imperiū  
aut Ministror  
ecclesiæ



Hist. Ill.  
 Ocho Fri-  
 sing Lib. 8  
 cap. 31 de  
 Rib. G. B.  
 Frid. 1.  
 Imp. Cass.  
 Em. Rer.  
 Hist. Lib. 1.  
 Alex. Pagan.  
 Rer. Pol.  
 Tomo II.  
 Nic. Olav.  
 in Arilla  
 M. Job. de  
 Tuvocz in  
 Chr. Hung.  
 cap. 16.  
 Mich. Ric.  
 de Reb. Hüg.  
 Lib. 1.  
 Job. Lib. 1.  
 de Eloy. Ar-  
 zil. Rn.  
 Styl. ad Ep.  
 Strion.  
 Bonf. Rer.  
 Hung. Lib.  
 2. Dec. 4.  
 (11) Vid.  
 Isaacum A-  
 brahamid.  
 Baimoz.  
 sem Prapof.  
 Ep. Episc.  
 Pavegri.  
 fanebr. hab.  
 Lenschoff.  
 Ao. 1617 (12) Vid. Clm. quond. M. ELAE URSINI. p. 1617.  
 Et Ven. Cor. XXI. cap. SEN. Sc. Lavatorios Funebres in Iacobi. p. 1617.  
 CASSOVIAE impress. Anno 1626. (13) Vid. Adm. p. 1617.

imitemur, Fratres, & conemur unufquisque vitium Populi sui vin-  
 cere. Si **JUDÆUS** es, stude Judæis innatam incredulitatem extir-  
 pare. Si **GALLUS** es, stude Gallorum innatam Superbiam & Levi-  
 tatem proligare. Si **ROMANUS** es, stude Romanorum Avari-  
 tiam conterere; Si **PICTAVINUS** es, stude Pictavinorum In-  
 glaviam atque Garrulitatem emendare. Sic nos, ceu veri **NICO-  
 DEMI** & **SIGISMUNDI**, seu **SIGMANNI**, vincamus, proferamus,  
 & proligemus Hispanorum Crudelitatem, Italorum Lasciviam,  
 Germanorum Ebrietatem, Russorum perfidiam, & Hungarorum Gu-  
 lam, Fastum & blasphemandi libidinem, &c.

Neque enim usque adeo effrata vestra est Natura, O mei Hun-  
 gari, ut planè manifestare non queat, aut curari, Quamquam nefici-  
 us haud sum, & vos unam mecum quid Scriptores veteres de Gentis ve-  
 stræ origine, & Majorum immanitate atque truculentia, cum adhuc  
 Genites essent, & primùm ex Juharia Sythiæ prodissent, Histori-  
 arum Monumenta tradiderint; tunc enim pluraquam Cimmericis Eth-  
 nicis in tenebris immeris atque occæcati ab omni Timore & Noctitia,  
**DEI** alienissimi erant, & ob Ieram Crudelitatem ipsis hodiernis Tur-  
 cis Tartarisque detiores, non Homines amplius sed hominum Mon-  
 stra dicebantur. At enim verò ubi Nomina tuo Christo dedere, & Mil-  
 lenarij post Nativitatem Servatoris exadò, fide Christiana imbuiti,  
 longè alij, quod de **SARIE** Rege I. Sam. X. 6. dicitur, & qui idem  
 manifestior facti sunt, Id quod **EXEMPIA** converterum Hung-  
**REGUM**, **STEPHANI** Apostolici, **S. LADISLAI**, pienuissimi,  
**ANDREAE II. GETSAE**, **BELAE**, **EMERICI**, **LUDOVICI**,  
 laudatissimi **MATTHIAE I.** luculenter comprobant.

Sed quid opus, vetustiora operose conquirere documenta et Pro-  
 fant hodiernum viva in nostris virtutum Exemplaria. Ut enim  
 tacam Patrum nostrorum memoria **THURZONES** (11) **GEOR-  
 GIUM**, (12) **STANISLAUM**, Palatinos Regni Hungarie nup-  
 quam satis laudatos (13) **CHRISTOPHORUM** convertulum, **E-**  
1617 (12) Vid. Clm. quond. M. ELAE URSINI. p. 1617.  
 Et Ven. Cor. XXI. cap. SEN. Sc. Lavatorios Funebres in Iacobi. p. 1617.

MERI.

Heraussen in dem kuffern Schloß am Thor und im weite-  
 tern Hoff warteten unserer die Unterehanen in großer anzahl.

Wir haben mit denen Musicanten in dem Procel den Hym-  
 num Lateinisch gesungen: Sit Laus, Honor & Gloria, &c. Zwis-  
 schen einem jeglichen Gesetze ist mit Trommeten geblasen wor-  
 den.

Indessen sind wir fast zum Beschluß des Gesangs an die  
 neu erbaute Kirche kommen, in welche wir mit aller ehrerbietung  
 getreten/ und an der untersten Stufen des Sanctuarij niederge-  
 kniet/ und das Veni Sancte Spiritus Choraliter abgesungen. Drauff  
 habe ich intoniret: Domine labia mea &c. Item: Deus in adjuto-  
 rium, &c. Nach den Responsorij sieng der Chor an zu figuriren  
 das Kyrie &c. Und ich intonierte vor dem Altar das Gloria in ex-  
 cellis Deo. Die Collet hat wundersch abgesehen der Schwartze  
 Chor Pfarrer/ die Epistel der Bethlemoffer/ und das Evangelium  
 der Lübbcher.

Hierauff ist (iii:) Joh. Fontanus Sen. auff die Cangel  
 getreten/ und hat die Spruch Joh XVII. 1 erklärt: Hüthiger Vate-  
 rer/ Erhalte sie bey deinem Nahmen. Und hat hiermit die  
 neu erbaute Schloß-Kirche bezieht denen heiligen Vätern/ oder ver-  
 storbenen Heiligen; sondern dem ewigen hülfflichen Vater/ der  
 allein unsterblich ist/ als der ersten Person/ der heiligen hoch ge-  
 lobten und unzertrennlichen Drey-Einigkeit consecrirt. Nach  
 geendeter Predigt ist eine schöne concert abgesungen worden.

Diesemnach ist der andere Prediger (iiii:) Her. Mari. Mach-  
 ner, Sen. in St. Andrask auffgetreten/ und hat auß dem Spruch  
 Exodi xvi. 15. beydes Kirch und Altar dem Schoen Dvtes/  
 als der andern Person in der heiligen Drey-Einigkeit zugeeignet.  
 Darauff auch eine schöne Muret beyder Orgel abgesungen worden.

Der dritte Prediger (vii:) Con. S. Kravvianensi. trat her-  
 nach auff/ und that eine schöne außführliche Predigt/ und dedi-  
 cirt dieß neu erbaute Gottes-haus/ dem Heilig in Geiste/ als der  
 dritten Person in der Gottheit. Nach geendeter Predigt wurde  
 das Te Deum laudamus figurirt/ ganz vollstimmig mit paußen/  
 Scien

Seiten und Pfeiffen/unter welchem singen Ihr Gnaden/der wolgebobrne Herr/die Gnädige Frau und Fräulein sampt dem ganzen frauen-Zimmer und Hoffgefinde zum Altar herzu getretent/ und haben denen dreyen Predigern ein milde Opfer gethan/ Nach welchem allen der Ehrwürdige Herr Mathias Ribolius, Pfarrherr in Slowienka oder Böffen/die letzte Collect abgefungen/ und den Segen gesprochen / und ist also mit diesen Christlichen Ceremonien der ganze Gottesdienst beschloffen und beendet worden.

Da nun jederman aus der Kirchen gegangen/ hat uns Ihr Gnaden/der wolgebobrne Herr lassen in den grossen Saal/des äussern Geschlosses/an welchem dieß neue Schloß-Kirchlein angebauet ist/zusammen ruffen lassen/ allda wir den ganzen Adel sitzend gefunden in ziemlicher Anzahl/welchen ich anstatt und im Namen unserer aller begrüßet/ und darauß mich zu Ihr Gn. gewendend/ mit einer kurzen Lateinischen Rede mich bedankende/ daß Ihr Gnaden uns Evangelische Pfarrherren und Lutherische Aeltesten als Vorsteher derer benachbarten Gemeinden und Bruderschaften/ zu diesem Einweihungs-werck beruffen/ habe darbey erwiesen/ daß die Presbyteri, Seniores und Aeltesten gleiche Freyheit und vorzug mit denen Bischöffen haben / so wohl nach dem Göttlichen/ als auch nach dem uralten geistlichen Recht und Kirchen-übung/ wie ich solches in der Lateinischen Beschreibung etwas weitläufftiger außgeführt/ und zu einem Zeugniß wieder den gegentheil das Päpstliche Canonische Recht angezogen / welches eben dieß gleiche behauptet; darbey habe ich erwöhnet unsers Königl. Diplomatis und Palatinalschen Privilegii, in welchem unsern Bruderschaften/ außdrücklich die macht ertheilet und als in einem sonderlichen Rechte frey gestellet wird/ Supremendechten/ das ist i. Ober auffseher oder Bischoff zu erwählen und vorzustellen. Dieß solches nicht wahr haben wollen/ es seyen Wiederjäder oder einheimische Neidharten/ denen kan mans / wo es die nothdufft erfordert/ beweisen und für die Nasen legen. Ich mußte aber abbrechen und die Rede abkürzen/ weil undessen die Tasse mit Speien

voll

voll angetragen worden / und die Hoff-Lächte einigen unlust/ ob meiner Oration bezogenen/ und sich mit blossen Worten nicht absperren lassen wollen. Beschloß es demnach mit einem wunsch und Segen/ für gedyliches wolergehen / des wolgebobrnem Tökölyschen Hauises.

Hierauff hat (mit) Herr Joh. Fontanus Sen. Frat. Vallemontane, und Evang. Pfarrh. zu Cromptach in Ihr Gnaden Gedicht/ (wie denn noch andere Sieben Pfarrh. rn auß Ihre Gnaden eigentümlichen Gütern zugegen waren) in Latein anstatt uns im Namen Ihr Gnaden geantwortet / etliche meiner Puncta widerholet/ und uns alle zur Tasse freundlich invitiret/ da wir auch in der Furcht des Brecken zusammen gefessen / und als an einem Einweihungs-fest/ das fette gegessen/ und das süsse getruncken. Da denn Ihr Gn. in ihren Gesundheits-Trincken zuförderst unsern thänigst auß Ihre Majestäten bedacht gewesen/ darbey auch anderer Magnaten und hoher Herrschafften in Ungarn/ und bey Hoffe Ihrer hoch-G. äfftlichen Excellenz/ Herrn Grafen von Monchieurs als dere hochgeehrten H. Schwagers/ mit grossen Ehren gedacht. Nachdem Bebeth und Mußß wurde diese Christliche Lust und Ergögigkeit beschloffen/ und haben uns Ihre wolgebobrne Gnaden mit milder Hand entlassen. GOTT segne dieses hohe Tökölysche Haus/ und laße es zu seines Namens Ehre/ und der Ewig angehänglichen Christgläubigen Kirchen aufzunehmen ferner gütlich blühen und wachsen.

Dieses habe ich nun Gnädige und gebietende Frau und Fräulein auff das allerfürzeste verfaßen wollen / in dem Lateinischen habe ichs etwas weitläuffiger beschrieben / zum guten Ehren-gedächtniß / und Euer Gnaden zum ewigen und unsferblischen Nach-Ruhm. Will es also hiermit in dem Namen Gottes beschloffen und Euer Gnaden dem allwärtenden Obischoß des allerhöchsten Gottes/ zu selbstserwünschten wol ergehen außs treulichst anbefohlen haben/ mit nachfolgendem Danks-Gedichte und klingendem Sonett/ zu einem jummerwehrendem Gedächtniß-mahl.

Lij

Sonnet



## I. Sonnet.

Schau an diß Schaweneck (:1:) am Eck des Zipsers-Landes:  
 Das schöne Lust-Gebäu/ von Grund auß auffgeföhrt/  
 Mit Leichen umb und umb/ mit Gärten außgezier't/  
 Das schöne Schawen-Eck/ am Thal des Hundert Randes:  
 Ein ganzer Erbes-Sitz/ und nicht ein Gut des Pfandes.  
 So mit dem Circk-Neher den (:2:) Zufuchts-Stein berührt.  
 Ein fetter Grund/ da man nichts als nur Segen spürt  
 Im Zehen (:3:) Glänen Stuhl des Adlichen Standes.  
 Das Lokölsche-Hauß/ hat ihm dieß Schloß erbau't/  
 Den rechten Herren-Sitz/ den man mit Lust beschau't.  
 Wo unter dem Geschloß der Hundert-Fluß weg rinnet/  
 Und vor dem Thor als bald vier Mühlen-Räder treib't  
 Nun ist es Wortes Hauß/ der Ruhm ihm ewig bleib't/  
 Den von Drey-einen Wort/ dieß Schawen-Eck gewinnet-  
 Anmerkungen.

- (:1:) Schaweneck: *corrupte* Schaffneck: wie denn vom Schawen etliche Ort den Rahmen hier in dießem Zips haben / als Leuts-hau: Leuts-hauenburg: Lautschburg: Lutschicon, oder Leutschauenau: denn die alten und meisten Inwohner dieser Gefpanschaft deutsche gewesen und noch sind.  
 (:2:) Zufuchts-Stein: *Lapis Refugii*: Hung. Leton kö, dahinn Anno 1241. bey dem unversehenem einfall der Tartarn die Inwohner dieses Landes sich retiriret; mit ihren Kindern und Kindern / als an einen bequemen und von Natur festen Ort an dem Mittags-Walde gegen Muran.  
 (:3:) Zehen Glänen Stuhl / *Comitatus Sup. Scep. Decem Lanceato-*

rum., die auch ihren besondern *Span* haben. Die alten Deutschen haben *Lanceam* eine Glän / oder Lanke / daher, Langknecht / der eine Lanke trägt / nicht Landsknecht.

## II. Sonnet.

Vom dem Fluß Hornath / Deutsch  
Hundert genant:

Ist dir denn auch nicht mehr mein Hornath-Fluß erlaubt/  
 Den man sonst Hundert nenn't in meinem Vaterlande/  
 So eben ist erbaut an deines Fluss'es Strande/  
 (Und sonstier *Tago* heist) / ist denn von dir geraub't  
 Der *Arminen* Bier und Pracht? Wer hat es doch geglaub't?  
 Daß deine *Wais* ganz verstummt an deinem Rande/  
 Und sich nicht hören läßt? Ey! schande über schande!  
 Wo ist (:1:) *Vokakens* Leyr in deiner *Stätte* Haupt?  
 Vorzeiten hat sie heil von *Ungerland* geklungen /  
 Und deinen Krieg und Sieg und grosse *Deuth* besungen:  
 Der nach *Horakens* art / und bald wie *Maro* spielt/  
 Und jetzt wie *Naso* singt: Der Stadt und Schulen Richter? (:2:)  
 (:3:) Wo *Mautner* und *Pollus* / die Kunst geübten Lichter?  
 Wie fließt die *Hornußinn* so stumm / daß man nicht fühlt.

## Anmerkungen.

- (:1:) *Vokakens Leyr*: *Johannis Vocatii, P. L. Cef. Libri Hungaridos, ad Maximil. Rudolphum & Matr. Imp. Reges, & Magnates Hungariae, &c.*  
 (:2:) *Stadt und Schulen Richter*: in der Städte Haupt; das ist *Caschau*; allwo es zugleich *Schul-Rektor* und *Stadt-Richter* gewesent  
 C 14

gewesen / und wenn er sich nach seinen Ämptern geschrieben /  
hat er den Schul-Stand vorgelegt: *Republica Literaria &  
Politica Rector.* In solchem ansehen sind damals Kirchen- und  
Schul-Diener gewesen.

(13:) *Mautnerus M. & P. L. Caf. Rector Cassov. Libris Anagram-  
matum & Tabella Logica celebris.*

*Tobias Pollucius, Rector olim Igloviensis, Poeta Latinus & Gra-  
ecus, Orator facundus, Aeneas quondam Praceptor fidelissimus*  
*in ex aetate*

### III. Sonnet.

#### Von dem Fluß Wag.

Was die Poeten sonst von andern Flüssen schreiben /  
Das kan von unsrer Wag auch füglich seyn gesagt:  
Es hat den Musen auch zu wohnen hier behagt /  
Die nur an einem Ort jezt noch beständig bleiben  
Anff dem Treutschin Parnas. So Sie nur nicht vertreiben  
Der Trüg-Göttinnen-Schaar und was sie sonst noch plagt  
Seht wie der Rosenbergs jezt müßig liegt und lag't  
Den man der Ewigkeit soll billich einverleiben.

- (11:) Wo sind die Musen-Söhn / die dich berühmt gemacht?  
Wo deine Günst-Göttin und deiner Piereit-Pracht?  
(12:) Wo sind die Dymssen jezt die dich zuvor besungen?  
Wo ist denn ihr Geräusch der schönen Liederschalle  
Es ist schon all's vermisch't (13:) mit Gogs und Magogs-Hall  
Die Spieler sind hinweg / die Seifen sind zersprungen.

#### Anmerkungen.

- (11:) *CLARISS, Dr., M. ELIAS SPLENIUS, JOH. KUSKA &  
D. Joh. Paschitzius.* Das

- (12:) Das berühmte *Thurzoni'sche Gymn.* in Ditsch und *Galgocz: Item*  
Das *Iliesbazische* in *Banov* vitz.  
(13:) Nach einnehmung *Neuhäusel* meistens schon gehuldigt.

### IV. Sonnet. Auch von der Wag.

Wir ruffen euch jezt zu / ihr Wasser-Fluß-Göttinnen /  
Die ihr an unsrer Wag zuvor gewohnt habt /  
Wie seyd ihr jezt so still / daß ihr uns nicht erlab't  
Wie einem Lust-Gedicht? Sind euch denn eu're Sinnen  
So ganz erstarrt schon? Seyd ihr nicht zu gewinnen?  
Ihr harten Dymssen Ihr? Wie daß ihr diß vergrab't?  
Womit der höchste GOTT euch hat so reich begab't?  
Es soll kein Hippocren' an eure Wasser rinnen;  
Laß euch doch hören noch / behaltet euren preiß /  
Und sing't uns eines nach der Römer reimem weiß:  
Könn't ihr gleich nicht mit uns die deutsche Laute zwingen!  
So stümmt wie vorhin / mit *Maro* Lieder an /  
(11:) Wie solches *Herr Larnog* und *Melzel* lieblich kan! (12:)  
Ich will inns *Spis: Thal* / nur deutsche Lieder singen.

#### Anmerkungen.

- (11:) *M. Martinus Tarnoczy*, weiland hochverdienter Direktor des  
*Gymn. in Treutschin* / und lanjes dreyer *Gejpannschaften*  
*Preßburg: Neutra* und *Bars* freywachsjamer *Superintendenten*.  
(12:) *Job: Melzelius*, sein fleißig-gewesener *Con. Rector* in *Treutschin*  
und anjeso unserer *Kön. Brüderlich-Ärztlicher* *XIV.* in *Dona-*  
*uerstmarck* einverleibter *Pfarrherz* / &c.  
*Adject & deproperavit, memoriam istarum Rerum ad posterum propo-*  
*garurus, idem M. Dan. Klefch N. H. P. L. Caf: & h. t. Ecclesiæ*  
*Olafi. Pastor.*

E I N I S.

